



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

M. DC. LXI. Coloniae Munatianaee, 1661

De Decimis, Primitiis, Et Oblationibus. Titvlvs VIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62953](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62953)

quatercunque donatis in morte, seu mortis articulo in infirmitate donatis, vel dantis, de qua deservit, quomodoque directè vel indirectè fratribus ipsi, vel aliis pro eisdem, quartam partem (quam auctoritate Apostolica taxamus, & etiam limitamus) parochialibus sacerdotibus, & ecclesiarum rectoribus, seu curatis largiri integre teneantur. Facturi & curaturi, quod nec alii, nec alii, à quibus quarta huiusmodi minime deberetur, ad ipsorum fratrum utilitatem vel commodum huiusmodi fiant relicta, aut in eos taliter data vel donata procedant, seu quod in morte, vel ab infirmis huiusmodi dandum vel donandum fratribus ipsis existeret in eorundem dantium vel donantium sanitate, sibi dari vel donari procurent. In quibus per ipsos vitandis eorum intendimus conscientias onerare: ut si (quod absit) per fratres ipsos dolo vel fraude, quicquam in hac parte agi fortasse contigerit (præter id, quod eos propterea dictis sacerdotibus, rectoribus, & curatis tenent volumus) etiam disticha ratio in extremi iudicii examine recouatur ab eis. Ultra portionem autem huiusmodi, nihil valeant parochiales, rectores, curati, & prelati exigere supradicti, neque illis dicti fratres amplius impendere sint adficiendi, neque ad id, à quoquam possint aliquavies coerceri. Nos etenim (ut in cunctis æqualiter & pacificè favente Domino procedatur) universa privilegia, gratias, indulgentias, verbo seu scripto sub quacunque forma vel expressione, seu conceptione verborum, à nobis vel prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus quicunque ordinum prædictorum concessa, necnon consuetudines, conventiones, statuta & pacta in quantum sunt præmissis, vel alicui præmissorum contraria, ea penitus revocamus, vacuumus, cassamus, & irritamus: quinimo cassa, vacua & irrita nunciamus, & decernimus nullius prorsus existere similitans. Ceterum universos ecclesiarum prelatos quicunque præminentia, status, vel dignitate existant, & sacerdotes parochiales & curatos, live rectores prædictos, præsentium tenore rogamus & hortamur atteme, nihilominusque a eis districte præcipiendo mandamus, quatenus pro divina & Apostolica sedis reverentia, prædictos ordines & professores eorum habentes affectu benevolenti commendatos, fratribus ipsis non se difficiles, graves, duros, aut asperos, sed potius favorabiles, propitios, & benignos, pacique munificencia liberales se fideant exhibere: sic eos in prædicationis officio, & in propositionibus verbi Dei, ac in omnibus aliis supradictis, tanquam cooperatores eorum idoneos, & laborum suorum participes prompta benignitate recipiant, ac affectuose admittere non omittant, ut proinde illis æternæ beatitudinis præmium augeatur, & animarum salus incrementa feliciter procurent. Nec ipsos lateat, quod si secus ab eis agi fortasse contigerit in hac parte, Apostolica sedis benignitas, quæ ordines & professores eosdem ubere favore prosequitur, & gerit in visceribus charitatis, contra eos non immerito turbaretur, nec eadem æquanimiter pati posset, quin super hoc provisionis opportuna remedium adhiberet: ipsaque nihilominus cælestis indignatio principis, digna pro meritis rependens, cuius obsequia fratrum ipsorum sedulitas curiosa prosequitur, minime præteriret.

DE DECIMIS, PRIMITIIS, ET OBLATIONIBUS.
 TITVLVS VIII.
 CAP. I.

a Al. ita: nihilominus eu districte præcipiendo mandantes, etc.
 b Al. et propositionibus. c In antiquo, etiam in prælo scriptis hæc verba: primitiis & oblationibus.

Ponet quatuor casus, in quibus religiose personæ, vel ecclesie, circa decimas ad decimas, pro quibus debentur, non desistant in omni tempore, vel de aliquo vel aliquibus, inter se duas mensis non fuerint emendati, & ipsi non fuerint emendati, & tamquam in hoc committantur. Secundus, tertius, & quartus casus, etc. Ioan. And.

Clemens V. in concilio Viennensi.
 Religiosi a quicunque, qui novitiam vel decimas ecclesie debent ad eam ex decimis legitime non spectantes, appropriate sumptulerint, aut exquiritis fraudibus, seu coloribus, vel aliis, seu, qui de animalibus familiaribus, vel aliorum etiam animalibus, quæ in ecclesia venduntur, vel aliis ab ipsis tenentur, quæ traduntur aliis ecclesiis decimas solvere coguntur, permissum, aut prohibuerint: nisi post requisitionem per eos, quorum interit, super hoc eis facta in premissis desisterint intra menses, aut si de his, quæ contra premissa usurpare vel retinere persisterint, intra menses damnificatis ecclesie, emendationem non fecerint competentem: sint, & tandem maneat ab officio administrationis & beneficiis suis suspensi, donec delictum & satisfecerint, ut superius est expressum. Quod si religiosi huiusmodi administrationem, vel beneficium non habeant, eo casu, quo alii supradicti, per hoc ipsi sententiam excommunicationis incurrant, per satisfactionem condignam nullatenus absolventur, quousque non obstantibus quibuscunque. Ceterum prelati extendi nolumus ad animalia, quæ per religionem ipsorum donatos seu oblatos tenentur: cum contra id religionis eisdem effectum donentur, aut venduntur, & lra.

CAP. II.
 Decima beneficiorum aliorum sanctis, etc. de decimis taxationem, & de moneta currente. Nec ipsi decimas pro prebendis distrahant, vel occupare orationem, etc. Ioan. And.

Idem in prelo.
 Beneficiorum decima cuius simpliciter concessa sunt ad tempus, secundum taxationem factam in tali partibus, in quibus fiet concessio, condonata, & ad moneta currentem, & communiter ipsi decimas levare poterit, & debet. Nec per collectionem, & levationem, vel exactores ipsius decime, ecclesiarum callos, lra, & alia ornamenta divinis officii deputata, ecclesiis, vel aliis de distractionibus capere vel recipi volumus, nec illis, seu quomodolibet occupari.

DE REGULARIIS ET TRANSEUNTIS AD RELIGIONEM.
 TITVLVS IX.
 CAP. I.

Transseuntium mendicantium, etc. in ecclesia, etc. mendicantes, licet administratores habeant, non habent ius capituli, etiam si alii de capitulo, id est, etc. nec ipsi, qui possunt administrationem, prebendam, vel officia, etc. occupare: nec pro se vel alio numerum curam gerere, etc. contra salutem, etc. Ioan. And.

Clemens V. in concilio Viennensi.
 Vide Conc. Vienn. c. 22. de reform. a. 12. b. Vide Conc. Vienn. c. 22. de reform. a. 12. c. De prebendis collectarum, & subcollectarum, & an debeant colligi per ipsos, etc. de prebendis, etc. in v. 12.